



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

3. De modo recitandi Officium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

modi restrictionem. Ecce Pij V. verba, hoc privilegium
modi gentis: Illis tamen exceptis? que ab ipsi prima insti-
tutione a Sede Apostolica approbata, vel cum Iurisdic-
tione ipsius instaurata ducentos annos, necesse est, aliis certis Bre-
vitatis constituta fuisse constituta? quibus incontinentim illud jus
habeat & pascendi suum Officium non addimus. Adver-
tendum est nullum quidem addit verbum, quod tam indi-
cat restrictionem; concedit nulli illis, sed non addit, quod
tam restringit, vel quid simile.

37. Præterea, si Medialanensis ex Beneficid obligatus
fuit Ambrosiano peccati, mutans domicilium, Roma-
nos ita, Romano Officio utatur necessariò: ita idem
itaque, quam esset ex Clericis Romanis; licet probabile
sit, si, si retineat beneficium, posse suum Ambrosi-
anum retinere, quia ratione beneficii, ut modò dictum
est, non desinit esse civis Medialanensis, unde & potest
ad Episcopum Medialanensem ordinibus initiari. Confirmo,
quia Officium consequitur ad Ordines Sacros si ergo
hinc conceditur ordinari ab Episcopo Medialanensi, vi-
detur concedi & accessorium, quod est, more Mediala-
nensi orare posse.

38 Quid, si Beneficiarius Mediolanensis obiter lo-
catus Romæ affuerit? Respondeo, posse tum Romam mo-
stru præfari, non astingi. Ratio est, quia, ut toties as-
seruimus, advena potest, licet non teneatur loci Reges ad-
mittere. Dices, at obstat statutum S. Caroli num. 33. *frat.*
aliam. Obstat secundò paritas; nam Dominicius,
potest gratia, siue permanenter, siue per transinam ali-
cuius inuam facere; semper Dominicius ritum custo-
diere ex necessitate, ergo pariter suum custodiat Ambro-
sianus. Respondeo ad primum, Statuta Diœcesana quæ
sunt illius S. Caroli. extra territorium nihil obincunt vi-
sui. Ad secundum, nego adesse paritatem. Nam Domi-
nicianus, similisq; Religiosus ex vi voti, & professio-
nis suæ obligatur ad proprium ritum, quod obligatio
oblique ex comitatur, cum Religiosi Diœcesim fixam
non habeant; At Mediolanensis Clericus non obligatur
ex vi Statuti Diœcesani, quod, ut dictum est, extra
territorium vim non habet.

39. Denique, quando Sacerdos Beneficiatus non est, si alio domicilium transferat, ejus Ecclesiæ Officium assumere debet. Si autem in loco obiter sit, potest, sed non debet, quia peregrinus potest, sed non obligatur conformare se legibus loci.

Putavit quidam recentior hunc Sacerdotem obligari, atque ad hoc, si Sacerdos alieni ritus à Romapo, verbi gratia, Mediolanensis, etiam per parvam motam Romam, verbi gratia, fieri debet Romanum Breviarium sequi. Quia, inquit, privilegium proprii ritus ac in re est affirmativum loco, et territorio Mediolanensis, non ergo alibi. Hæc ille. Sed certe, cur non dicam esse privilegium Ecclesie formaliter; atque ad hoc totum loco, tum multo magis Clericis Mediolanensibus Ecclesiam illam committimus?

Relege Pij V. Bullam, illud privilegium siue conce-
denti, siue permittenti, eam enim solius loci affixionem
Bulla continere nequaquam videtur.

§. III. *De modo recitandi Officium.*

VT Officium studiosè, & devotè recitetur juxta
cap. Dolentes, de celebratione Missarum, sex con-
ditiones sunt observandæ: ut nimirum recitetur cum at-
tentione debita, cum debita intentione, sine omissione
verborum, sine eorumdem mutilatione, sine interrup-
tione, sine Ordinis inversione.

De attentione, & intentione debita, Remissive.

2. De his egi per aliam occasionem, *Opus. de Sacra. Missa, lib. 2. cap. 3.* vide etiam *infra, lib. 4 c. 3. §. 1. num. 9.* Illuc, ne eadem cogar repetere, Lectorem meum remitto. De attentione, qua caret, qui semidormiens recitat, dicam mox *num. 19.*

Part I.

3. Illud hinc de intentione est addendum, te satisfacere præcepto, si Horas recites animo non satisfaciendi. Ita Castro Palr. l. r. s. d. i. de legibus p. 17 n. 11. Ratio est, quia probabilissimum iudicamus satis observari præceptum, etiam si nec animo, dummodo res præcepta exhibeatur, siquidem jam ponitur totum, quod præcipitur: præcipitur enim jejunium, v.g. in Quadragesima, non verò animus satisfaciendi. Tegetis tamen tempore præcepti ab hoc animo cessare, & velle te obedire præcepto, secus enim præceptum ipsum voluntate violares, unde & peccares. Intervit nihilominus allata doctrina ad non repetendum opus, cum solum necesse sit, ut mutetur intentio, sequens adhuc est in termino satisfaciendi, ut dicitur lib. 4. cap. 2. §. 1 n. 18. clem. de Missa.

Sicut etiam, ne incidat in poenas, v.g. in excommunicationem fortè fulminatam contra non facientes illud opus, jam enim fecit, licet sine intentione. Castro P. de verat. d. 2. p. 3. Sanch. l. 1. in Decal. cap. 13. n. 9.

Sine omissione verborum & mutilatione syllabarum.

4. Omnia Officii verba debere promentari, atque esse mortale ea negligere, five extra Chorum, five intra, nisi excuset materia parvas, omnes docemus, æque autem excusari puto propter parvitatem materie, intra Chorum, atque extra: quia eadem est ratio utrobique. Scandalum autem intra Chorum, si relinquantur solum aliquæ verba, vix adee unquam video: Fideles enim ad hæc, & similia munitura non attendunt.

Qua voce ea privatim pronuntianda sunt, dixi *Opusc.*
de Sacr. lib. 2. cap. 9. §. 2. in Choro autem, mox *num. 15.*
dicam.

5. Hic ergo tanquam in proprio loco sic proponitur sequens difficultas : Sacerdos quodam ita Psalmum percurrebat, ut profertur initium versuum, & finem, sed præcipite quodam cursu verba intermedia vix, seu ne vix quidem proferebat. Inquirō : eamſonam in peccato reus erat ?

6. Dico, si in Versuum notabili quantitate id voluntarie præsterit, deliquisse mortaliter, quia notabilis Officii partem omisit: si in modica, propter materiam levitatem, venialiter. Dico (voluntarie) nãm propter inadvertentiam, vel linguam balbutientem, & non raro etiam propter inveteratam consuetudinem, quam non valeat quis sine magna difficultate tunc corrigere, excusari aliquem posse, docet Lessius lib. 2. cap. 37. d. 10. num. 56.

7. Syllabas verborum abscindere, malum quidem est: Sed quandoquidem verbum, licet diminutè, jam profer-
tur, regulariter non esse mortale, notat Bonacina *tom. 1.*
diq. 1. de Horis Can. quest. 3. p. 2. §. 1. n. 4.

8. Huc facit error eorum, qui; quando cum socio
• adjuvante Pfalmos percunt, ita festinato præoc-
• cupant, ut nondum absoluto socii Vericulo, ipsi suum
aggrediantur.

Graviter hic peccant, si in notabili quantitate versuum id præstent, ita Azor. Tolle. Fill. apud Bonac. *h. c. §. 1. m. 4.* quia, tunc ex praxi Ecclesiæ censetur quis recitare totum Officium, licet ejus partem recitet socius, quando, illo partem non recitante, eandem recitat socius, ipse, verò eandem audiat, sic enim, sit utriusque Oratio utriusque communis: cum igitur id in casu dicto non observetur, non reputabitur totum Officium perfolvi. Nisi sic doceremus, liceret dimidiam partem Officii canere, aliam dimidiam eodem tempore canente socio, quod esset præceptum Ecclesiæ notabiliter eludere.

Illud noto, in bene moratis Sacerdotibus difficulter hanc præoccupationem esse mortalem, quia semper levis est, & solū in aliquibus initiis versiculorū fieri contingit,

De dubitante, an omiserit aliquam Psalmum.

9. In superioribus, libro primo, cap. 3. §. 7. verbo
Hoc Canonice innuit ad quid obstringendus sit is, qui
H dubitat

dubitat an Officium persolverit. In praesentia est alia & quidem consequens difficultas: An qui recitatis horis non recordatur, seu incipit dubitare, num partem earum notabilem omiserit, obligetur ad eam eodem die supplendam, seu repetendam.

Respondeo. Si non recorderis, seu dubites negative, hoc est, nullas rationes probabiles habeas, vel quae satis exiguas, quae consensum non sufficiant à prudenti extorquere, utrum recitaveris, necne, dico, te non teneri repetere, seu supplere. Ratio est, quia possessio videtur esse pro te, certus enim es te Officium recitavisse, incertus autem, an ejus partem omiseris. Neque dicas, de hac parte non adesse certitudinem fuisse persolutam; ne dicas (inquam) nam ex communiter contingentibus supponere debemus recitanti Officium, totum certò recitasse, nec partem omisisse, nisi contrarium evidenter constet. Si verò positivè propter aliquas rationes solum probabiles tibi id persuadeas, puto te pariter non teneri; quia praedicta ratio ducta ex communiter contingentibus, quod totum recitaveris, praevalet cuicumque rationi contrariae, quae sit probabilis dumtaxat. Solum igitur tunc repetere cogis, quando clare moraliter tibi aliquid omisisse constat.

De non recitante, sed solum audiente Lectiones.

10. Quando recitas cum socio, obligaris proferre alternatim versus Psalmorum, ceterum Responsoria, Antiphonas, Capitulum, Orationes, ac Lectiones, sufficit si proferat socius; tu verò attendas (de qua attentione dicam mox §. 4. n. 9.) Ratio ducitur ex praxi recitantium in Choro, cui similis est recitatio cum socio, &c.

Sine interruptione.

11. Quaecunque interruptio five extra Chorum, five (praescindendo à scandalo) in Choro, dummodo continuatio fiat intra eundem diem, peccatum mortale nequaquam attingit. Ita Bon. l. c. n. 28. contra Suarium. Itaque qui unum Nocturnum, vel etiam unum dumtaxat Psalmum hoc mane, v.g. recitat, vel qui Matutini partem, etiam unum Psalmum ejusdem recitavit pridie Vesperti, (Id docuisse Joan. de Lugo testatur Tancredus t. 1. de Rel. tr. 3. lib. 4. d. 1. n. 8. quamvis immeritò contrarius) si postea antequam spiraret tempus praescriptum recitandi, nempe media nox sequens, recitet quod recitandum supersupere, non erit culpae mortalis reus. Ita Arag. Lessius, Suar. Laym. alique apud Bon. l. c. & apud Pellizz. t. 1. man. reg. tract. 5. cap. 8. sect. 2. n. 78. legem item Quintanad. tr. 8. sing. 2. Ratio est, quia jam intra latitudinem temporis, in quo urget praecipitum, totum Officium persolvitur: & ex alia parte non apparet irreverentia gravis id in oratione facere, quae tamen gravis esset in celebratione Missae, quia haec non est sola oratio, sed sacrificium: cui plura deberi inficiabitur nemo.

Dixi (gravis) nam si id fieret sine causa, peccatorum veniale non effugeretur, quia non custodiretur status orandi modus: accedente autem causa, itineris, verbi gratia, negotii supervenientia, Charitatis, imò & Extraneitatis, hoc est, affabilitatis, etiam levis culpa facile vitabitur, Deo Optimo humanis moribus, per suam benignitatem, sic indulgente, quod certe non indulgeret superbus quilibet humanus Princeps.

Si quando Matutinum à Laudibus divides (id quod laudabile est, ne dum licitum ex Filliucio tr. 23. n. 235.) opus non esse Matutinum absolvere cum Oratione, nisi in nocte Natalis Domini, docet Sanchez lib. 7. de consil. c. 2. dub. 20. n. 2. nec oportere Laudes incipere cum Pater Noster, docet meritò Gavantus in rub. Brevi. sect. 4. c. 2. num. 4. quia de his nulla apparet nec obligans, nec consilens rubrica.

Sine ordinis inversione.

11. Quod dictum est de interruptione assero de Inventionibus non esse scilicet (abstrahendo à Rubricarum contemptu, vel à scandalo,) gravis culpa obnoxium eum, qui Vesperas, verbi gratia, prius recitat, quam Matutinum; Psalmum, quam Laudes, Unum Psalmum, quam alium, &c. sine causa autem reum venialis, cum causa, ne venialis quidem. Ita Bonac. disp. 1. de Hor. Can. quest. 3. p. 4. num. 5. alique apud Pell. tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 2. n. 78. contra Suarium. Ratio est, quia ordo non est de essentia Officii. Hinc, si quis mane non habeat praemanibus nisi Diurnum, poterit sine scrupulo etiam venialis culpa recitare horas, domi recitatur Matutinum ejusdem diei, quia illa Brevitatis carentia videtur causa efficiens. Hoc pertinet illa difficultas. An matutino nondum recitato Missam celebrare sit culpa, de qua tamen diximus in opus. de Sacrif. Missilib. 1. c. 5. §. 2.

§. IV. Quaedam de recitatione Officii in Choro, vel cum Socio.

1. Non pauca haecenus exposita lucem afferunt jam jam dicendis, atque haec invicem illis: Quare ad complementum tractationis, nihil erit lectori ex utriusque negligendum.

De non assistente Choro, nec distributionem recipiente.

Quinam obligentur recitare Officium in Choro, quales sunt Canonici, & similes Praebendati, & quales sunt Religiosi ad Chorum deputati, supponimus hic non inquirimus; quilibet sui muneris obligationem, five procurandi, ut chorus non desit, five cavendi, five solum assistendi ante oculos habeat.

2. Solum quoad hoc, illud est pro conscientiae foro afferendum, An praedicti Praebendati, hoc est, qui redditus, seu distributiones habent ad cavendum in choro, peccent mortaliter, quando sine causa exculante (de qua causa mox infra §. 7.) absint à choro ultra tempus ipsis à jure concessum: concipiunt enim tres menses in anno, five continui, five interpolati, in quibus abesse sine scrupulo possunt. Ita Trid. sess. 24. cap. 12. de ref.

3. Ita quidem si recipientes distributiones, certum est peccare, quia contra Justitiam recipiunt, cum haec assistentibus solum concedantur, iisdemque accrescant distributiones absentium.

4. Difficultas ergo est, si distributiones non recipiant, sed aliis de more assistentibus eas dividendas sponte relinquant. Canonici, v.g. dives qui ultra illos tres menses, sedet quidem in loco suae Ecclesiae, recitatque privatum Officium, sed per desidiam, & quia distributionibus non indiget, choro, qui ceterum per alios satis decenter frequentatur, non assistit per notabiles dies, puta viginti, triginta, plures, imò per totum annum, peccatne mortaliter, si suis collegis distributiones ultro remittit?

5. Dux, ut solet, sunt Doctorum divisa sententiae: nonnulli affirmant esse culpam ex se gravem: nisi forte à gravitate parvas excuset materiae, puta si duobus, vel tribus dumtaxat diebus absentia perseveret. Ita Suar. Vasq. Garfias, Bon. apud Casti. t. 2. l. 17. d. 3. p. 2. n. 3. eisdem sequens. Ratio praecipua ducitur à tribus vel quatuor textibus, apud eundem ibid. quia videntur graviter obstringere praebendatum ad talem assistentiam, additis excommunicationis ferendae, & depositionis poenis.

Praeterea praebendati obligantur graviter ad residentiam, praeter illos tres vacationis menses, ergo graviter ad assistendum choro, ut quid enim residentia est necessaria, nisi ad Chorum frequentandum? Denique pro hac sententia quinque declarationes Sacrae Congregationis affert Garfias de ben. part. 3. cap. 2. n. 323.

9. Nonnulli tamen negant, Cajet. Val. Reg. Nau. Barb. apud eundem Casti. Pal. l. c. n. 2. Ratio praecipua est, quia